



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 11. Singulare eorumdem Præsulum studium pro reddenda Ecclesiæ  
pace.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

pollicebatur, ut quicquid pacis nego- Sæc. XVIII.  
 tium turbare posset, sedulo præpe- A. C. 1717.  
 dirent.

§. XI.

*Singulare eorundem Episcoporum  
 studium pro reddenda Ec-  
 clesiæ pace.*

Tantum erat in his Præsulibus restau- Lafiteau  
 randæ pacis studium, ut non modo Hist. Const.  
 impedimenta submovere, sed etiam, l. 4. p. 21.  
 si forte refractarii dissensionis compo- Dorjann.  
 nendæ occasionem offerrent, in futurum Journal.  
 prospicerent. Ea de caussa unanimi fol. 327.  
 suffragio decernebant, seligendos esse Recueil des  
 octo Præsules, qui ad uniendos reni divers. pieces  
 tentes Episcopos se totos dicarent, si- pag. 137.  
 que infelix successus spem laboremque  
 falleret, hi convocandæ Synodi Na-  
 tionalis consilium urgerent, & inter-  
 jectæ appellationis progressum sistere  
 adlaborarent. Nominabantur ergo præ-  
 ter Cardinales Rohanium & Bissyum  
 Leo de Gesures Bituricensis, Arman-  
 dus de Bezons Burdegalensis, & Ca-  
 rolus Ventimilius Aquensis Archiepi-  
 scopi, ex Episcopis vero Dominicus Tur-  
 got Sagiensis, Gourgues Vafatensis, &  
 Martinus de Ratabon Vivariensis. In-  
 choata consultatione agebatur de appel-  
 lationis vitio: Præprimis duo duntaxat

Kk 4

Epi-



Sæc. XVIII. A. C. 1717. Episcopi hanc appellationem esse canonicam censebant, alii quatuor deliberandi spatium petebant; ceteri vero omnes Apostolico fervore contra eam Sorbonam & Parlamenta declamantes testabantur, quod coram Deo jugibus lacrimis suam erga renitentem Episcopos conniventium deplorarint; agnoscetes, quod post Pontificis, & Cleri Gallicani decisionem causa esset finita, & juxta ipsam D. Augustini & Sanctorum Patrum doctrinam Constitutio tantquam fidei Regula & Ecclesiæ decisio foret recipienda. Durius haberi quatuor Episcopos Appellantes apud Regni Moderatorem querebatur Noailles, qui tamen vicissim Cardinali exprobrabat, quod ipse, sibi que adhærentes importuno tempore, & inconsulto Regis pacis negotium sua appellatione turbassent, & insuper Sorbonam in locum temeritatis societatem pertraxissent, eapropter nec hosce Episcopos Parisiis reverti concessit, nec exilii pœnam contra Ravechetum latam revocare voluit, quinimo eis significari jussit, ut quanto citius decimo quinto lapide ab Urbe Parisina abessent, secus severiora expecturi. Insuper Serenissimus Regens, datis ad Papam literis eundem de horum Episcoporum & quorundam Sorbonæ Doctorum ausu certiolem reddidit.



dit, simulque rogavit, ut hac in re multa  
 circumspeditione uteretur. Interim Car-  
 dinalis Biffyus quatuor Præfulum ac-  
 ceptionem tanquam sacræ Sedi, at-  
 que Episcopis injuriosam refellere ag-  
 gressus, eam septendecim vitiis scaterere  
 demonstrabat, & Rhemensis Archiepi-  
 scopus die vigesima Martii omnes Ec-  
 clesiasticos, qui acceptationem Consti-  
 tutionis revocarunt, vel eam impugna-  
 runt, ipso facto excommunicatos pro-  
 nuntiavit, nisi intra octiduum sese sub-  
 jecerint.

Sæc. XVIII.  
 A. C. 1717.

§. XII.

*Cardinalis Noailii appellatio ad fu-  
 turum Concilium.*

Interim in Galliis quamplurimi Reli-  
 gionis Zelo, & eruditionis fama ce-  
 leberrimi Viri contra quatuor Episco-  
 porum appellationem publice in arenam  
 descenderunt, & præcipue scriptum  
 quoddam, quo præfata appellatio pro  
 Canonica venditabatur, doctissimo ca-  
 lamo confutarunt: ceteris vero ejus-  
 modi scriptis palmam, & ipsius Pon-  
 tificis applausum sibi vendicabat illud,  
 in quo Author horum Præfulum appel-  
 lationem ad futurum Concilium cum  
 provocatione Lutheri & Pelagianorum  
 Episcoporum æquiparabat, demonstra-  
 batque,

*Lafiteau l. c.  
 Refut. du  
 Mem. des  
 Appell.  
 Acta publ.  
 Const. p. 276.*